

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 14: De conditione humana et brevitare huius vite (19)

Bernardus:

Ad illos enim festino qui morte corporis exierunt hinc,
sed cum eorum sepulcra respicio,
non inuenio in eis nisi cinerem et vermes, fetorem et horrorem.
Et quod ego sum, illi fuerunt, et quod illi sunt, ego ero.
Quid enim sum ego? homo de liquido humore formatus,
de humano semine conceptus,

omni vanitate subiectus.

Nichil aliud est homo quam sperma fetidum,
saccus stercorum, cibus vermium.
Post hominem vermis, post vermem fetor et horror.
Sic in non hominem vertitur omnis homo.

Ad illos vero festino, qui morte corporis hinc exierunt.
Cum eorum sepulcra respicio,
non inuenio in eis nisi cinerem et vermem, fetorem et horrorem.
Quod ego sum, ipsi fuerunt; et quod ipsi sunt, ego ero.
Quid sum ego? Homo de humore liquido.
Fui enim in momento conceptionis de humano semine conceptus;
deinde spuma illa coagulata modicum crescendo caro facta est.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis*, 2.4 (PL 184, col.487C-D).

[fons nondum repertus]

Nichil aliud est homo quam sperma fetidum,
saccus stercorum, cibus vermium.
Post hominem vermis, post vermem fetor et horror. /
Sic in non hominem vertitur omnis homo.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis*, 3.8 (PL 184, col.490A-B).